

JUS DIURETICUM PIERQUIN.

Rec. Carnis vervecinae de collo Unc. sex, Rad. Asparagi, — Rusci $\frac{aa}{aa}$ Unc. semis, Hb. Agrimon., — Pimpinell., — Cichorii, — Capill. Vener. $\frac{aa}{aa}$ Drachm. duas, Rad. Rhei Drachm. semis, Limaturae Ferri rubiginosae Drachm. duas, Flor. Calend. Drachm. unam, Aq. commun. q. s.

JUS HELICINUM, s. Jusculum helicinum, s. de Limacibus. Schneefenbrühe.

Ph. Gall. 1818: Rec. Helicum (Helix pomatia) per vineta collectarum testa nudatarum N° viginti vel Unc. quatuor; Cancros fluviatiles duos, aequantes Unciam circiter duos; probe contusos in mortario marmoreo, pistillo ligneo, coque in balneo aquae per trihorium, decoctum, ubi refrixerit, cola. — NIEMANN: Helices N° triginta, Pomum Reginae (Reinette) unum et dimidium, Pruna sicca novem, Aquae Libr. duas, coque, cola, Albuminis ope clarifica. — AUGUSTIN: Helices triginta, Carnis vitellinae Unc. sex, Aq. Libr. sex.

JUS LACERTARUM. Eibechfenbrühe. Ph. Gall. 1818. sicut Jus Cancrorum.

JUS LENIENS PIERQUIN.

Rec. Carnis vervecinae Unc. sex, Rad. Patientiae, — Fragariae $\frac{aa}{aa}$ Unc. semis, Hb. Cichorii Drachm. duas, — Centaurii min., — Chamaedr. $\frac{aa}{aa}$ Drachm. unam, Aq. q. s.

JUS MEDICATUM VEGETABILE PLENCK.

Rec. Rad. Taraxaci, Cichor. concis. coque in Libr. una Jusculi (bovini, gallinacei sive columbini).

JUS MILLEPEDUM. Kellereiselbrühe.

AUGUSTIN: Rec. Milleped. praepar. cum Spiritu Vitrioli imbutarum Drachm. unam, Aq. aromat. Unc. semis, Juris Carnium Unc. novem.

JUS OSSIUM BEERA.

Rec. Ossium Bovis mundat. Libr. tres, contusa in mortario ferreo coque cum Aq. Libr. triginta.

JUS PECTORALE, s. Jusculum pectorale. Brustbouillon, Brustbrühe.

BONES: Rec. Pulmonis Vitell. Unc. octo, Helices N° octo, Rad. Enulae Drachm. unam, Hb. Endiviae Drachm. duas, — Veronic., — Hederae terrest. $\frac{aa}{aa}$ Drachm. unam, Aq. q. s. (e. gr. Libr. duas). — ST. MARIE: Pulmon. vitell. Unc. quatuor, Cordis Vervecis Part. dimid., Helices albas N° 6, Aq. comm. Unc. se. decim, coque per horam, sub finem adde Lichen. Island. Unc. semis. — CADET: Pulli Gallinac. Part. dimid., Passular. major. Unc. semis, Amygd. dulc. N° 12 ad 20, Rad. Salep. cochlear. majus, Dactylos, Jujubas $\frac{aa}{aa}$ N° octo, Hb. Chaerophyll. Drachm. unam, Aq. comm. Unc. viginti; coctione quartam partem consume. — HOSPIT. Lugdunens.: Pulli gallinac. Part. dimid., Rad. Napi in frusta concis. N° unam, Aq. comm. Unc. sedecim, sub finem coctionis adjice Capit. Papav. Drachm. unam, Saech. Candi Unc. quatuor — RICHARD: Juris vitellin. Dos. unam, adde Dactylor., Caricar., Passular. maj., Jujubar. $\frac{aa}{aa}$ Unc. unam, coque per horam.

JUS PULLI GALLINACEI LIENTERICUM s. Valentinum Ph. Hisp.

Rec. Pullum gallinaceum deplumem et exenteratum, capite et cruribus rejectis. Farciatur usque ad medietatem Rosis rubris siccis; adde Trochisc. Ramech. pulv. Drachm. tres, Cariei Ligni Siliquae Drachm. unam; reliquum cavittatis Rosis repleatur; coque cum Aq. comm. Libr. duodecim ad octo, pullum extrahe, et jusculum adhuc calens exhibe.

JUS PURIFICANS vid. Decoctum carnis (p. 224).

JUS RANARUM paretur sicut Jus cancerorum.

JUS SICCCUM, s. Tabulae alimentariae. Bouillentaßel. Tablettes de Bouillon.

Rec. Crurum vitulor. Libr. duas, Carnis vervecin. Libr. quinque, Carnis porcinæ Libr. unam, Aq. comm. q. s., coque cum Salis paulillo, additis condimentis culinaribus Radicibus duabus Dauci, Stipitibus duabus Apii, Cypa una, Caryophyllis quibusdam in nodulum colligatis; carnes denique exime, exprime, liquores, pinguedine detera, in balneo aquae ad mellis consistentiam evapora, in lapidem laevigatum effunde, in tabulas concide et calore tepido exsicca. — Pedes vitulini, crura bubula, vervecinae, et caro vitulina optime huic usui inserviunt, de quo coquum consulendum aestumo.

JUS TESTUDINUM. Schildkrötenbrühe. Bouillon de Tortue.

Rec. Testudinem (europaeam sive graecam), caput resoca, scutum exue, intestina rejice et carnem atque sanguinem separatam coque cum Aq. comm. s. q. ad regulas culinarias in jusculi formam.

JUS VIPERARUM. Schlangenbouillon. Bouillon de Vipère.

Ph. Gall. 1818: Rec. Viperam (Vipera Berus) vivam, cauda et capite resectis, pelle nudatam et exenteratam, sanguine, corde et hepate servatis, quae simul pendent Unc. quatuor, seca in frustula et coque per duas horas cum Aq. comm. Libr. una, colu.

KALI ACETATUM, s. Kali aceticum, vid. Terra foliata Tartari.

KALI AERATUM vid. Kali carbonicum aeratum.

KALI AMMONIATO-TARTARICUM vid. Tartarus ammoniatus.

† KALI ARSENICICUM, s. Arsenias Potassae, Biarsenias Kallicus cum Aqua, Sal arsenicale MACQUERL. Arsenikfaures Kali, Macquerl's arsenikalisches Salz. Biarseniate de Polasse, Sal arsenical de Macquer.

Rec. Arsenici albi, Nitri $\frac{aa}{aa}$ par pondus. In pulverem subtilissimum contrita optime miscet, et in crucibulum (vel retortam figulinam) bene muniendumingere. Igne

sensim aucto rubescant, donec vapores (caute evitandi) emergi cessaverint. Crucibulum frige factum disfrange, massam exentam cum crucibuli fragmentis Aqua destillata immerge, solve, filtra et cauta evaporatione in crystallos redige.

Sit Sal coloris expers, in crystallos magnos concretum, a solutionibus Salium terrenorum non turbetur, chartam exploratoriam coeruleam rubefaciat, charta siccata iterum coeruleascit. Constat Pondere Mixtionis uno Kali, duobus Acidi arsenici et duobus Aquae. Raro adhibetur. Ph. Dubl., Ferrar. receperunt. Si Sali descripto tantum addetur Lixivii caustici Kalini, ut reactio acida desinat, Sal obtinebitur neutrum, deliquescens, in crystallos non conerescens, atque in arte medica non adhibitum.

† KALI ARSENICOSUM, s. Arseniis Potassae. Arsenigsaures Kali.

Arsenite de Potasse

Rec. Lixivii caustici Kalini quantum vis, in vase porcellaneo fervefacto adijce Arsenicum album pulverisatum quantum dissolvitur. Liquorem adhuc fervidum cola et ad siccitatem redige.

Sal album, saporis acris, aqua solubile, venenosum, absque vestigiis crystallisationis. Lixivium causticum caloris adminiculo majorem copiam Acidi arsenicosi dissolvit, quam quae in frigore soluta manere possit; magnam igitur partem solutio fervida filtrata et frige facta deponit, specie crystallorum minutarum, quae calore omnino avolant, Alkali ergo non continent. Sal chemice incertissime constitutum; per se nunquam adhibetur, sed Liquoris mineralis FOWLERI virtutem efficit.

KALI BISULPHURICUM, BITARTARICUM etc. BI- vid. Kali sulphuricum acidum sive nomina antiqua.

KALI BORUSSICUM vid. I, p. 163.

KALI BORUSSICUM OFFICINALE MAGENDIE. *Hydrocyanate de Potasse medicinal.*

Rec Kali cyanati Drachm. unam, Aq. dest. Unc. unam. (Facile decomponitur)

KALI CARBONICUM vid. Cineres clavellati crudi (I, p. 36.) et depurati (II, p. 181.), et Sal Tartari.

KALI CARBONICUM AERATUM, s. acidulum (improprie), s. Kali carbonicum neutrale, Carbonas Potassae completus, Sal Tartari alkalinus aeratus s. perfecte saturatus, Kali aeratum s. carbonicum neutrale, Deutocarbonas Potassae, Bicarbonas Potassae, Alkali vegetabile crystallisatum s. per-

fecte saturatum. Doppelt kohlen-saures Kali, Gesättigtes oder säuerliches kohlen-saures Kali; krystallisiertes Weinsalz. *Bicarbonate de Potasse, Carbonate de Potasse saturé.*

Rec. Crystallorum Tartari quantum vis, immitte in crucibulum Hassiacum non omnino replendum et bene tegendum. Inter carbones urentes hoc impone et ure, donec flamma ex commissuris erumpere desinat et crucibulum ex toto rubescat. Crucibulum exentum refrigescat, tum; operculo demto, massa usta carbonacea eximatur. Hanc in vas vitreum vel stanneum collocatam ope lagenae aspersoriae (Syrigflasche) cum Aquae destillatae tantillo irrota ut aequabiliter humectata sit. Tum torrentem Gas carbonici (ex Creta alba et Acido Salis crudo cum pari pondere Aquae comm. diluto ex apparatu extricatorio bene noto) per massam carbonaceam humectatam transmittit, a qua gas adeo rapide absorbetur, ut massa incalescat, et vas externe aqua frigida circumdata frige faciendum sit. Caloris incrementum atque Gas absorptio si cessaverint, apparatus per aliquot horas sibi derelinque tum massam carbonaceam exime et in infundibulum supra chartam filtratoriam collocatae infunde Aquae destillatae ad Gradus 50 Therm. Reaum. calefactae quam minimam copiam (e. gr. pondus dimidium) ad solutionem. Ex solutione frige facta crystalli conerescunt. Liquorem decanthatum residuo carbonaceo iterum infunde, iterumque calefac sicuti praecepimus et filtra, idque repete, quamdiu ex liquore frige facta crystalli conerescunt. Denique liquorem innatantem lenissimo calore consume, ut altera Salis copia obtineatur. Serva in vitro probe obturato. — *Vis*: incidens, solvens, lithon- triptica, antacida, antemetica.

Sint crystalli rhomboideae et tabulaeformes aere persistentes, saporis subalcalini mitioris, in aquae destillatae pondere quadruplo, fervidae aequali, solubiles. Solutio aquosa chartam exploratoriam flavam non permutet, neque a solutione Salis amari turbetur. Solutioni Mercurii sublimati corrosivi dilutae affusa lacteam hanc reddat et praecipitatum album nec flavum demittat. Aqua hydrothionica affusa ne turbetur. Vasa ferrea ne attingat; a quibus adulterium ferrosium colligit; constat ex Pondere Mixtionis Kali uno, Acidi carbonici duobus et Aquae uno. Ignitum Acidi carbonici dimidium et Aquam totam amittit.

Usus: ad calculos renum ac vesicae urinariae pellendos, pro Potione RIVERII.

Variae exstant hoc Sal parandi viae. Nos WOHLERI concinnissimam secuti sumus. Sal Tartari ejusdemque saturatio uno scilicet labore fiunt; operatio facillime est exercenda, apparatus non expostulantur complicati et productum exhibetur purissimum

Si Cineres clavellati adhibendi sunt, hi cum pari pondere Aquae frigidae superfusae stent per aliquot tempus, liquori filtrato adjiciatur Cinerum adhibitorum quarta pars circiter Faeculae amylicae, miscela exsicceatur, in crucibulo uratur et saturatur sicut supra expositum est. — Tum quoque serrago lignea, coctione cum aqua et cineribus clavellatis bene exhausta, inservit suscipiendo liquori Cinerum clavell. depurator, et saturando. Alkali saturatum quoque Aqua destillata tepida lixiviat atque in crystallos redigitur. — Cum Sale Alkali volatili sicco tali modo proceditur. Solve Cinerum Clavell. depur. Libr. unam in Aq. dest. Unc. sedecim, adde Sal. Alkali volat. sicci Unc. sex, solve, calefac leni calore in balneo aquae ut Ammonium exhalat, liquorem adhuc calidum cola, ex quo crystalli concreverunt. Plures denique *Codices Oleum Tartari per deliquium vel solutionem concentratam Cinerum clavellat. depurat. Acido carbonico saturari praeceperunt, quod quidem tarde et operose cedit.*

KALI CARBONICUM NEUTRALE, s. perfecte saturatum, vid. anteced.

KALI CARBONICUM PURUM, s. e Tartaro, vid. Sal Tartari.

KALI CAUSTICUM CUM CALCE vid. Causticum commune (p. 161).

KALI CAUSTICUM FUSUM vid. Lapis causticus.

KALI CAUSTICUM SICCUM, **KALI PURUM**, **KALI HYDRATUM**, vid. Alkali vegetabile causticum siccum (p. 32).

KALI CHLORICUM DEPURATUM, Kali muriaticum hyperoxygenatum s. oxymuriaticum, Murias Potassae hyperoxygenatus, Chloras Potassae, Chloras Kalicus, Oxymurias Potassae, Alkali vegetabile salito-dephlogisticatum, Sal febrifugum dephlogisticatum, cet. Chlorfaures Kali, oxydirt-falsfaures Kali. *Chlorate de Potasse, Muriate oxygéné de Potasse.*

Rec. Kali chlorici venalis, quale in officinis chemicis praeparatur, Unciam unam, solve in Aquae destillatae fervidae Unciis tribus; liquor fervidus filtratus et vase vitreo susceptus seponatur, ut lente refrigeret, in vas alterum amplum aqua fervida repletum, ita ut simul, sed tardius refrigerent. Crystalli squamularum nentium instar enascuntur. In filtro collectae aqua frigida parum abluantur et siccentur.

Liquores residui iterum cum residuo Salis coquantur, iterumque filtrati seponantur.

Sint crystalli lamellares, albae pellucidae, splendorem sericeum prae se ferentes, saporis subausteri, in aquae sedecim partibus solubiles, quae solutio a liquore Argenti nitrici vix turbetur. Cum corporibus combustibilibus mixtum atque contusum fortiter explodat. Constat paribus ponderibus Mixtionis Kali atque Acidi chlorici, absque Aqua.

In scorbuto, herpete, morbis syphiliticis laudatum, at paene omnino derelictum est.

Kali chloricum melius atque minore sumtu in officinis chemicis praeparatur, quam in pharmacopolae laboratorio exiguo. Quod autem si fieri debet, tali modo instituitur. Solve Cineres clavellatos depuratos in quadruplo pondere Aquae destillatae, et solutionem filtra. In hanc Gas Chlori torrentem, lege artis ex apparatus idoneo extricatum, per tubum vitreum satis amplum transmittit, donec gas a liquido non amplius absorbebitur, quod colore flavo liquoris enascente dignoscitur. Cavendum est, ne tubi orificium crystalli in ipso concretis obstruat. Huic incommodo infundibulo ad tubum inverse alligato, vel interdum agitando ope fili ferri praecavetur. Ab initio Chloratum Kali (Sal digestivum *Sylvii*) et Kali carbonicum aeratum seponitur, quare conducit post aliquot tempus liquorem ab Salibus concretis defundere, inque illum iterum Gas Chlori transmittit, donec Kali chloricum ipsum enascatur. Sedimentum crystallinum ex Kali chlorico et Chlorato Kali mixtum est, quae salia solutione in aqua fervida et crystallisatione separentur. Liquor primum decanthatus parum ebulliat, donec odorem proprium subchlorinicum amiserit. Refrigerio iterum crystallos demittit, quae eodem modo depurantur. Liquor ipse rejicitur.

† **KALI CHROMICUM**. Chromfaures Kali. *Chromate de Potasse*, in officinis chemicis paratur. Occurrunt varietates duae. a) Sal neutrale. Ph. Hamburg enumeravit; sunt prismata citrina, saporis styptici amari, in aquae pondere duplo solubiles. b) Sal acidum s. bichromicum, sunt crystalli laete rubicunda, in arte medendi non usitata.

KALI CITRATUM s. citricum, Citras Potassae, Citras Kalicus, Sal Absinthii citratum.

Citronensaures Kali. *Citrate de Potasse.*

Rec. Acidi citrici crystallati q. vis, solve in Aquae destillatae pondere quadruplo, calefac solutionem in patina aperta, et adijce Sal Tartari quantum ad exactam saturationem requiritur. quae charta coerulea tincta exploratur. Solutionem absque filtratione ad siccum redige cauta evaporatione, iterum solve in aquae copia quam

minima, filtra et iterum ad siccum redige. Massam siccitatem cito conterere et in vitrum optime muniendumingere.

Sal album, ad aërem humorem sponte colligens, aqua ex toto facillime solubile, neutrum, acido sulphurico et muriatico liberum, quae modis bene notis explorantur.

Usus: per se mixturis additur, in Potione RIVERII occurrit, in Mixtura salina, cet.

Plerumque Kali citratum ex Succo Citri et Cineribus clavellatis depuratis paratur, quod tali modo exercetur. Succus Citri calefactus cum Cineribus clavellatis depuratis exactissime saturatur, tunc adjiciatur Eboris usti aliquantulum et coquatur per minuta aliquot. Liquorem per filtrum trajice et leni calore ad siccum absume. Hoc Sal multo impurius est, quam quod supra descripsimus. Continet enim ex Succo Citri Acidum malicum, et ex Cineribus clavellatis Sal digestivum, Natrum muriaticum, cet.

KALI FERREO-BORUSSICUM s. FERROCYANICUM s. FERRUGINOSO-HYDROCYANICUM vid. Kali borussicum (I, p. 163.).

KALI HYDROIODICUM s. HYDRIODINICUM vid. Kalium iodatum.

KALI IODICUM, s. Iodas Kalicus, s. Iodas Potassae. Jodsaures Kali. *Iodate de Potasse.*

Rec. Iodi quantum vis, Gas Chlori transmittit donec Iodem in liquorem intense fuscum abeat. Huic liquori Lixivium causticum kalinum adjice donec color omnis evanuerit. Oriuntur Kali iodicum, quod propter dissolubilitatem fundum petit et Chloretum Kalii, quod solum remanet. Sedimentum salinum in filtro colligitur, aqua frigida parum albitur, aquae destillatae fervidae quam minime copia dissolvitur, liquor filtratur et ad crystallisationem seponitur.

Crystalli parvae, ad aërem immutabiles, difficile solubiles, ignitione Gas oxygenium emittentes et in Kalium iodatum transmutandae.

Ph. Ferrar. et Parm. receperunt.

Iodas Kalicus quoque ex Lixivio caustico et Iodo parari potest, addendo Iodo tantum Lixivii donec color omnis evanuerit. Liquorem parum inspissa et frigefacto adde Spir. Vini rectss. par volumen, quo fit ut Iodas Kalicus praecipitetur, Kalium iodatum vero solum maneat. Sedimentum salinum aqua fervida dissolvitur et crystallisatione depuratur.

KALI MURIATICUM OXYGENATUM vid. Kali chloricum (p. 492).

KALI NITRATUM s. NITRICUM DEPURATUM vid. Nitrum.

KALI OXALICUM ACIDULUM vid. Sal Acetosellae (I, p. 298).

KALI OXYMURIATICUM vid. Kali chloricum (p. 492).

KALI PRAEPARATUM E TARTARO vid. Sal Tartari.

KALI PURUM vid. Alkali vegetabile causticum siccum (p. 32.).

KALI SIDERO-ZOOTICUM vid. Kali borussicum (I, p. 163).

KALI STIBIATO SULPHURATUM vid. Hepar Antimonii (p. 463.).

KALI SUBCARBONICUM vid. Cineres clavellatis depurati (p. 181), — **PURUM** vid. Sal Tartari.

KALI SULPHURATUM vid. Hepar Sulphuris salinum (p. 465).

KALI SULPHURICUM, s. vitriolatum, vid. Arcanum duplicatum (p. 99).

KALI SULPHURICUM ACIDUM, s. Potassae Supersulphas, Sulphas acidus Potassae, Bisulphas Potassae, Kali bisulphuricum, Sal enixum. Saures Schwefelsaures Kali. *Bisulfate de Potasse.*

Residuum a paratione Acidi Nitri secundum nostram regulam (vel similem) eo usque calefiat in retorta ipsa vel in crucibulo, ut plane fluat, et vapores nitrosos non amplius emittat. Effusum in lapidem tenuis strati ut refrigescat diffrangatur in frustula in vasis bene clausis servanda. — *Vis*: purgans, antiseptica.

Sint frustula alba, saporis acidi aeris, calore facile liquanda in crucibulo platini, et liquidum ex toto limpidum exhibitia (quod nisi fit, Arcanum duplicatum imixtum est), in Aquae frigidae duplo, fervidae aequali pondere solubile.

Usus: potionibus admiscetur loco Acidi phosphorici, inservit ad praeparationem Acidi acetici et formicici.

Residuum ab Acido nitrico nisi praesto est, hoc Sal quoque parari potest, si Arcani duplicati uncis duabus, Olei Vitrioli Unc. una cum Aq. comm. Unc. tribus antea mixta admiscetur, solutione caloris operata, liquor exsiccat et in crucibulo platini fundatur, donec absque ebullitione fluat.

Ph. Lond. 1836, Bor. ed. 5, Ferrar., Hamb., Suec. receperunt in crystallos redactum at non fustum.

KALI TARTARICUM s. TARTARISATUM vid. Tartarus tartarisatus.

KALI E TARTARO vid. Sal Tartari.

KALI VITRIOLATUM vid. Arcanum duplicatum (p. 99).

KALI ZOOTICUM vid. Kali borussicum (I, p. 163).

KALIUM, Potassium. Kalium.
Potassium.

Kalium melius in officinis chemicis obtinetur, quam pharmaceuticorum laboratoribus, quia in hoc labore ediscendo pretiosae docendi mercedes solvendae sunt. Secundum BRUNNERTI methodum res optime cedit.

Rec. Lagenam cylindricam, e ferro fabrilis confectam, in qua Mercurius vivus ex Hispania advehi solet; in hanc immitte massam carbonaceam, ex combustione Tartari in crucibulo obtentam, cui antea partem Tartari quatuordecimam vel decimam pulveris carbonis Lignorum grossiusculi admiscueris. Ad lagenae collum adaptetur tubus ferreus fabrilis, ad quem vas cupreum excipiens idoneum, Petroleo semirepletum, externe glacie circumdata frige factum, aptari possit. Ignis accendatur et sensim augetur donec in tubo ferreo vapores virides conspiciantur. Tum primum vas cupreum excipiens appone. Retorta, quum ad excandescentiam plane calefacta fuerit, vapores Kalii abundantius emergent, et in Petroleo condensabuntur. Tubus ferreus saepissime materia carbonacea obstruitur, quae ope fili ferrei perforatorii, idoneo loco aptati, removeatur. Multa adhuc in hoc labore animadvertenda et praecavenda sunt, quae hic accuratius exponere magnum est, quaeque in Berzelii de re chemica libris optime exposita sunt.

Est Kalium metallum splendidum, leve, ad calorem medium aeris molle, tractabile, sectile, ad gradus 44° R. liquescens, sub Oleo Petrae rectificato asservandum, Aquae injectum in flammis rubro-violaceas promumpens et in Lixivium causticum kalinum tenuè mutatum.

Usus: pro Moxa extemporanea adhiberi excogitatum est, an vero bene, in dubitationem multam incurrit.

KALIUM BROMATUM, Brometum Kalii, Kali hydrobromicum, Potassii Bromidum (Lond.). Bromkalium. Bromure de Potassium.

Rec. Bromi quantum vis, in cucurbitam collo longo instructam immisso superfunde Aquae destillatae pondus dimidium, tum sensim inter agitationem affunde Lixivium causticum kalinum, donec color omnis disparuerit. Liquor evaporet ad siccum et massa salina obtenta in cucurbita vitrea parva (pel crucibulo platineo, si adest) eo usque calefiat, quamdiu Gas Oxygenium evolvitur, et donec massa tranquille fluat. Residuo, in cucurbita frige facta, affunde Aquae destillatae quam minimam copiam ad solutionem (i. e. parem vel duplam), filtra, et leni calore liquorem consume, ut in crystallos concreseat. — *Vis*: antiscrophulosa.

Sint crystalli cubicae, Kalio iodato similimae, a quo eo discrepant, quod mixta cum Oleo Vitrioli vapores violaceos non emittant, sed rubicundos suffocantes.

Usus: in tumoribus scrophulosis interne in minuta dosi, externe in balneis, unguentis.

Ph. Gall. 1837, Lond. 1836 receperunt, sed Gall. Bromum per tubum longum, in orificium angustissimum desinentem, et in lixivium causticum immersum affundi docet. Hoc optime cedit, si antea compertum habueris Bromum, quod tibi est in promptu, sufficere pro Lixivii caustici copia designata.

† **KALIUM CYANATUM, Cyanuretum Potassii, Cyanetum Kalicum BERZELII. Cyankalium, Blausäures Kali. Cyanure de Potassium.**

Rec. Alkali vegetabilis caustici recens siccati atque fusi Unciam unam, affunde Spiritus Vini alcoholisati, qui contineat Alcoholis absoluti partes centesimas voluminis nonaginta saltem, Uncias tres. Stent mixta interdum agitata per diem et noctem, donec Alkali solutum fuerit, et residuum in massam lentam, parietibus adhaesivam abierit. Lixivium filtra. Seorsum recipe retortulam vitream tubulatam, in quam immitte Kali borussici, in pulverem redacti, Unciam unam. Ad retortae collum adaptetur tubus vitreus in angulum rectum reflexus, qui in liquorem spirituosum alcalinum immergat; ad retortae tubulum adaptetur tubus, qui dicitur securitatis, in formam litterae *Ω* circiter recurvus, per quem affundatur miscela frige facta ex Olei Vitrioli et Aquae communis „, Uncias dimidia. Haec ubi praeparata fuerint, ignem sub retorta lenem incende, et vapores hydrocyanicos sensim extrica, qui a Lixivio caustico spirituosum absorbeantur. Kalium ergo cyanatum enascitur, quod, quia a Spiritu Vini non dissolvitur, in sedimentum crystallinum coit. Conducit vapores hydrocyanicos excedentes in lixivium immittit, ne crystalli obtentae a lixivio caustico adhaerente inquinentur. Lixivium causticum eo calefactum aqua frigida circumdata refrigescat. Postquam vapores hydrocyanici ex toto evoluti fuerint, apparatus dirime, liquorem alcalinum in locum frigidum (intra glaciem, si haec est in promptu) sepone, ut crystalli crescant. Lixivium innotantem primum effunde, crystallos in filtrum conjice, postquam liquidum eguttaverit exprime inter chartam bibulam, et cito exsicca in lamina ferrea calefacta. Siccas extemplo in vitrum optime claudendumingere. Liquidum, quod a crystallis eguttavit, in retortulam vitream citoingere et leni destillatione ad volumen parvum redige, frige facta affunde Spiritus Vini rectiss. q. s. ut sedimentum crystallinum non amplius efficiatur, quod eodem modo collectum, lotum, expressum et siccatum conde.

Sal albiſſimum, aqua facile ſolubile, ſaporis acris alcalini, amari ſimulque hydrocyanici, odorem ſemper levem hydrocyanicum ſpargens ex decompositione quadam tarda; acidis omnibus facile decomponitur, et odor fortiffimus Acidi hydrocyanici erumpit.

Uſus: internus rarus; adhibebitur quondam, uti ſperamus, pro parando Acido hydrocyanico, quod ſit indolis ſemper ejuſdem certiffime definitae.

Haec methodus, a WIGGESSIO nuper laudata, optime cedit et Kalium cyanatum puriffimum exhibet. CLARKII ergo methodo Acidum hydrocyanicum ex Kalio cyanato et Acido Tartarico parandi nil obſtat, quominus in rem medicam introducatur. In parando hoc Sale puro nodus verſabatur, qui nunc explicatus eſt.

Pharmacopoearum diſſenſus facile nobis, meliora edoctis, eſt negligendus Ph. Gall. 1837 hoc Sal recepit et tali modo parari docuit. Kali boruſſicum contuſum (et exſiccatum) in retortam figulinam (porcellaneam vel ferream BERZELII) immitte, quae dimidia tantum repleatur. Adaptetur tubus vitreus, qui Gas erumpens tranſducatur, ex quo operatio, quomodo cedat, dignoſcitur. Igneam incende et ſenſim auge donec gas evolvi incipiet. Tunc ignem ita obtine, ut gas aequabiliter ſemper emergat; quod ſi retardabitur, ignem urge uſque ad excaſcentiam, quam per breve tempus obtine. Orificia retortae tum obſtrue, et apparatus refrigerio derelinque. In retorta diffracta ſuperne ſtratum bene fuſum reperietur (i. e. quando quidem fortuna tibi arriferit), quod eſt Kalium cyanatum, extemplo vafe vitreo ſuſcipiendum. Materia nigra, ſpongioſa inferior depoſita Kalium exhibet cyanatum cum Carbureto Ferri mixtum, ex qua non niſi copioſe atque incerte Sal purum extrahi poteſt.

KALIUM IODATUM. *Sod-* *ſalium. Iodure de Potassium.*

Synon.: Kali hydroiodinum ſ. hydroiodicum, Hydroiodas Kalicus, Iodetum Kalii. Hydrojodſaures Kali, Kaliumjodür. Hydroiodate de Potasse.

Rec. Iodi Uncias quatuor,
Limaturae Martis Unciam
unam,
Aquae deſtillatae Uncias
duodecim.

Simul immitte in ſartagineſe e ferro fuſo confectam, operculum impone et miſcelam per aliquod tempus ſibi derelinque. Miſcelam tum parum exagita, et reactionem chemicam calor ſiſtente promove, donec

liquor, primum intente rubicundus, omnino decolor factus fuerit. Liquori in eadem ſartagine (absque filtratione) calefacto ſenſim adijce

Solutionem Salis Tartari, curando, ut ſedimentum primum inflatum atque tumidum coctione in pulverem denſiorem coeat. Maſſa, liquore a ſedimento abſorpto, pulſiformis iterum liquida fit coctione; tum Solutionem Salis Tartari addere perge, quamdiu praecipitatum pallidum viridulum enaſcitur, quod facillime ope Chartae Lacmus rubefactae exploratur, quae immerſa leviter coeruleſcat. Miſcelam inſuper coque per horae partes minutas aliquot, tum ſervidam per linteum trajice, et ſedimentum Aqua deſtillata calida ablue. Liquorem limpidum atque coloris omnino expertem leni calore ad cryſtalliſationem redige. — *Part. conſt.* Kalii unum, Iodi duo Pondera Mixtionis. — *Viſ*: reſolvens, glandulas pellens, antiſcrophuloſa, antiſyphilitica eximia.

Referat cryſtallos parvas, cubicas, albas, diaphanas ſaporis primum ſaliſi, dein aſturi, ſubmetallici longe persistentis, aëri humido expoſitaſ humorem attrahentes; pars una in tribus quadrantibus Aquae deſtillatae et in ſex partibus Spiritus Vini rectificatiſſimi ſolvatur, unde adulteratio cum Kali muriatico, carbonico, iodico, et Natro muriatico detegitur; charta exploratoria rubefacta eo non coeruleſcat.

Uſus: in glandularum tumore externe in unguentorum forma adminiſtratur, interne in ſyphili inveterata debellanda nuperrime maximo cum ſucceſſu propinatam eſt.

Parandi methodus, quam praecepimus, a BAPIO primum excogitata, paulatim additamentis brevibus ita correcta est, ut ceteris facile anteponatur. Sartago ferrea commodum secum fert, ut calor ex connubio chemico ortus bene distribuatur; fodi jactura ideo non est metuenda. Haec operatio, si in vasis vitreis vel figulinis exercetur, Iodum limaturae Martis sensim sensimque est addendum ne caloris incrementum in vapores redactum partim avolet. Praecipitationem ex solutione fervida fieri praecepimus; hoc eo fit consilio ut minor sit liquidi et sedimenti moles, haecque facilius aqua abluatur. Filtrationem, ante praecipitationem, quae ubique docetur, omisimus; cui enim erat bono, sed jacturae opportunitatem attulit. Praecipitationem usque ad reactionem leviter alcalinam pergi consulumus; quod nisi fit, Ferri aliquantum solutum remanet, sicuti coctione non adhibita, et crystalli postea colore rubiginoso inficiuntur, ex quo novi laboris fit argumentum. Evaporatio lixivii salini optime in tepidarii lenissimo calore vel lampade nocturna Norica (Münberger Nachtsichtchen) supposita efficitur. Crystalli concresecunt cubicae purissimae, a lixivio quodam superfusae; lixivium non totum in crystallos abeat, sed quod ultimum remanet, signo notatum, ad proximam praeparationem servetur, et ante praecipitationem lixivio admisceatur, ut in lucrum mutetur.

KERMES MINERALE, Sulphur stibiatum rubeum (Bor., Slesv.-Hols., Saxon.), Hydrosulphuretum Oxyduli Stibii (Bat.), Hydrosulphur. stibiosum (Suec.), Oxydulium Stibii hydrosulphuratum rubrum (Austr.), Oxysulphuretum stibicum, Stibium oxydulatum hydrothionicum, Sulphur antimoniatum fuscum, Pulvis Carthusianorum, cet. Mineralkermes, Rarthäuserpulver, Schwefelwasserstoff = Spieglanzoxydul, Kermes, Antimonfalsür = Antimonoxyd. *Kermes minéral, Protosulfure d'Antimoine, Oxide d'Antimoine hydrosulfuré rouge ou brun, Poudre des Chartreux*, cet.

Rec. Antimonii crudi in pulverem redacti Uncias quatuor, Salis Sodae sicci Unciam unam, bene mixta in crucibulumingere, et igni exposita leni rubedine liqua; massam interdum ope baculi argillacei, e. gr. tubo fistulae fumariae figulinae, circumagita donec tranquille fluat; tum effunde in superficiem marmoream vel latericiam. Massam frige factam in pulverem subtilissimum, in quo totius rei nervus consistit, conterere.

Seorsum recipe sartagine ferream satis

capacem, in quam Aquae communis Uncias sedecim pro singulis Unciis Pulveris obtenti immitte, adde:

Salis Sodae crystallati Uncias duas, et miscelam calefac usque ad ebullitionem. In liquorem fervidum pulverem injice, et coque igne vivido per horam unam integram in sartagine aperta. Liquorem adhuc fervidum filtra, et filtratum patina parum calefacta suscipe. Post refrigerium liquorem sedimento innatantem decantha et iterum in sartagine remitte et denuo coque per horam integram cum residuo pulveris et iterum filtra fervidum. Has operationes toties repete, quoties post refrigerium sedimenti non exigua copia demissa fuerit. Sedimenta collecta in filtrum conjice, et aqua frigida, nec calida, bene lava, tum leviter expressa intra chartam bibulam involuta in umbra calore medio exsicca. Servetur in vasis luci atque aëri praeclusis, optime munitis. — *Part. const.* Antimonii sulphurati et Oxydi Antimonii incerta pondera aggregatim juxtaposita nec chemice juncta. — *Vis:* incidens, resolvens, hectica, diaphoretica, emetica, expectorans.

Sit pulvis impalpabilis, coloris parum kermetini i. e. coccinei (carminifere) a qua similitudine nomen deductum est, sive rubro-fusci uti plerumque accidit, splendoris proprii velutini, nitorem crystallinum, oculo solo, facilius vero armato, conspiciendum, exhibens, odoris et saporis nullius. Acido muriatico ex toto Kermes solvatur, aërem hepaticum evolvens, in tubo ignitum aquam amittat; Spiritu Salis Ammoniaci non mutetur; aqua frigida non solvatur, calida vero decomponatur. Acidum muriaticum tenue frigidum Oxydum Antimonii extrahit, Acidum tartaricum calidum. Aëris atque lucis injuria decomponitur, et colorem amittit.

Usus: in tussi, obstructione viscerum abdominalium, exanthematibus chronicis, hydrope, mucositate pectoris, cachexia, rheumatismo, cet.

In parando Kermete minerali LIEBIGII, summi hac in re arbitri, consilia secuti sumus, experientia scilicet atque theoria edocti, remedium quondam usitatissimum atque clarissimum, chemicorum nimio corrigendi studio depravatam atque infamatum, nunc iterum in rem medicam restitutum esse. Nil enim adeo in errorem abduxit, quam opinio, Kermes ab Antimonio sulphurato crudo non nisi origine, colore et pulveris subtilitate differre. In Oxydo Antimonii, quod Kermetis quondam vitium putabatur, virtutem medicam summpere habitare, meliora edocti hodie scimus, ideoque summa opera connitendam erat, Kermeti eandem semper Oxydi vim inesse, quod quidem LIEBIGII experimentis consecuti esse videmur. Post aliquot tempus LIEBIGII alteram methodum parandi Kermetis proposuit, eandemque largiorem copiam exhibentem. At experientia pluries

repetita compertum habeo, magnam sane Hermetis molem simul obtineri, sed non adeo nitoris splendidi atque crystallini et difficillime siccandi, quare huic methodo penitus assentiri non audeo. Recipe ergo Antimonii crudi praeparati Uncias sex, Lixivii caustici vegetabilis Libras duas, Aquae communis Libras duodecim, coque per horam integram, filtra et adijce Acidum sulphuricum dilutum, quamdiu praecipitatum efficitur. Hoc recens exagitatum atque suspensum in vasa tria figulina aequabiliter distribue, et in singulis cum aqua communi lava, post subsidentiam aquam caute decantha.

Tum recipe Salis Sodae crystallisati Uncias sedecim solve in Aquae communis Libris sedecim (filtra, si opus fuerit) et in sartagine ferrea fusa ad ebullitionem calefac. In solutionem fervidam portiunculam primam sedimenti adhuc humidi sensimingere, et coque per horam integram, tum operculo imposito liquorem lento refrigerio derelinque. Liquorem innatantem decantha, Kermes obtentum in filtro collige et aqua frigida parum lava. Liquori iterum ad ebullitionem calefacto alteram sedimenti portiunculamingere, coque per horam, seponc, Kermes collige in filtro, cum liquore decanthato denique tertiam portiunculam coque et eodem modo collige sedimentum kermesinum. Hoc denique egutatum et in charta bibula expansum sicca, in vasis optime clausis et luci imperviis conde. — Secundum singulos Codices praeparatum diversum obtineri, proh! jure quaerimur, in quorum discrepantia exponenda oleum non perdemus. — Ph. Slesv. Hols. falso Sulphuris aurati Antimonii miscelam cum Kermete oxydo facile libero praeparavit. Ph. Saxon. Kermes Oxydo Antimonii liberum exhibuit. Ceteri Codices Kermes parari docent, majore minore Oxydi copia praeditum, et colore ceterisque virtutibus diversum. Secundum CLUZELII, qui hac de re bene meruit, methodum Kermes splendidissimum atque speciosum obtinetur. Ph. Austr. Hamb., Gall. hanc quoque viam amplexae sunt, quae tali modo exercetur. In sartagine ferream immitte Aquae communis Libras viginti, et calefac ad ebullitionem; tum injice Salis Sodae crystallisati Uncias viginti duas et dimidiam, et Antimonii crudi in pulverem subtilissimum (dixi!) reducti Unciam unam, mixta coquantur per horas duas integras. Tum sartagine ab igne remove et obiectum pauxillum seponc, donec sedimentum fundum petierit, nec vero liquidum multum refrixerit. Liquorem, quantum fieri potest, clarum effunde, reliquum in filtrum conjice, ita ut adhuc calidum filtraret Patinae, quae liquorem filtratum excipiant, aqua fervida circumdata foveantur, denique obiectae seponantur, ut Kermes per refrigerium lentissimum concreseat. Lixivii Kermeti innatans denuo cum residuo Antimonii crudi non soluti coquatur, filtraretur,

haecque operationes aliquoties repetantur, quamdiu operae, temporis atque rerum sumtus compensabitur. Sedimenta obtenta expressa charta bibula involuta siccentur, et in vase impellucido servantur.

Methodus antiquissima ex LA LIGERIE potissimum ponderum ratione differt. Coquantur enim per duas horas Antimonii crudi Unc. quatuor, Nitri fixi (i. e. Kali carbonici) Unc. una, et Aquae Unc. octo, et fervida filtrantur. Cetera uti supra.

KREOSOTUM. Kreosot. *Créosote*, sive principium mumificans, dicitur ab vocibus graecis κρέας, quae carnem indicat, et σώζειν, conservare. Substantia pyrogena a REICHENBACHIO detecta.

Rec. Picis liquidae, ex destillatione sicca lignorum (praesertim fagi), neque tamen picis liquidae communis navalis ex combustionem semisuppressa coniferarum obtentae, quantum vis, immitte in vesicam ferream vel cupream, vel in cucurbitam fiteilem, et destilla in igni aperto donec vapores albi (a Paraffino orti) surgunt. Exorientur strata tria, cum quarum infimo nobis hic opus erit (intermedia aquosa pyro-acetica rejicitur, suprema oleosa parando Eupioni (p. 377) inservit). Stratum ergo inferius (ope infundibuli vel tubi vitrei aspiratorii) bene separatum lavatur Aqua, cum Olei Vitrioli pauxillo leviter acrefacta, et destillationi lentae ex retorta vitrea subjicitur; portiunculas primum transcutes (ex Eupione potissimum conflatas) rejice et posteriores collige. Has misce cum Lixivio caustico quod est Pond. spec. = 1,12 et pluries bene coquassata repone. Strata iterum duo exorientur, superius ex Eupione constans, hic praeterendum, inferius ex Solutione Kreosoti in Lixivio caustico. Haec solutio Kalina aëri exponatur, quo fit ut colorem nigrum atrahat oxydatione principii qualiscunque, necdum satis bene noti, Kreosotum inquinantis. Solutioni tum adde Olei Vitrioli diluti quantum satis ad saturandum Aleali et Kreosotum denuo excernendum, quod bene separatum ex retorta vitrea destillet. Has operationes insequentes, scilicet lotionem cum Lixivio caustico, in aërem expositionem, saturationem cum Acido sulphurico, et destillationem ter quaterve (vel toties) repece, donec Kreosotum Lixivio caustico solutum aëris contactu colorem non amplius mutet. Tum denique Lixivium causticum saturatur Acido phosphorico concentrato et destillet Kreosotum, portiunculis primum prodeuntibus, fortasse levi colore tinctis, rejectis. — *Vis*: conservans in mortuo, excorians in corpore vivo, antidontalgica, antherpetica.

Sit Kreosotum bene praeparatum coloris expers, consistentiae oleosae, saporis acris, urentis, odoris proprii Castorei non omnino

absimilis, aëri et luci expositum colorem non acquirit nisi leviter roseum (a Cedrireto, quod vocant). Pond. spec. = 1,037; fervet ad Grad. 162 R. — *Part. const.* Carbonæi 7, Hydrogenii 9, Oxygenii 1, Pond. Mixt. — *Usus*: In dentium cariosarum doloribus, in combustionibus, gonorrhoea, scabie, tinea. In sistendis sanguinis profluviis, et levando carcinomate uteri laudes in id collocatae experientia non sunt comprobatae.

LAC. Milch. Lait, medicamenta dicuntur liquida, coloris albi, impellucida, a similitudine, quam habent cum lacte vacino. Liquida turbida fiunt emulsionibus parandis sicut Lac Ammoniaci, vel corpore resinoso praecipitato sicut Lac Benzoës, vel denique Sulphure praecipitato, sicut Lac Sulphuris, lac unicum quod siccum hoc nomen gerit.

LAC ADSTRINGENS SAUNDER.

Rec. Cort. Quercus, — Granat., Rad. Tormentill. $\frac{aa}{aa}$ Drachm. duas, Aq. comm., Lact. vaccini $\frac{aa}{aa}$ Libr. unam, coque ad dimidiam, col. adde Pulv. Cinnamom. Drachm. duas.

LAC ALUMINIS BATE.

Rec. Aq. albumin. Ovor. Unc. sex, Pulv. Alumin. Unc. unam, Spir. Vini Libr. duas, optime concute.

LAC AMMONIACI, s. Ammoniacale, Emulsio Ammoniaci, s. Gummi Resinae Ammoniaci, Emulsio BRUNNERI, Mixtura Gummi Ammoniaci (Ph. Hisp.), Mixtura Ammoniaci (Ph. Lond.) Ammoniafmilch, Ammoniafemulsion. Lait de Gomme Ammoniaque.

Rec. Gummi Ammoniaci, — Arabici $\frac{aa}{aa}$ Unc. semis, in mortario bene per se tritis adde Aquae destillatae tantillum, ut mucilago densior fiat, quam pistilli ope optime contere; tum sensim adde Aquae destillatae tantum ut ex toto Uncias octo addideris. — *Vis*: resolvens, hectica. — *Usus*: in tussi absque febre.

Ammoniacum quamquam sine Gummi arabici adminiculo in lactis formam redigi potest, hoc tamen vel Vitello Ovorum addito minus corruptelae et decompositioni obnoxium est. Satis inter se Codicum formulae discrepant. a) *Sine Gummi Arab.*: Ph. Suec. et Fenn. Ammoniaci Unc. semis, Aquae Menth. pip. Unc. octo. Ph. Amer., Genev., Lond., Rec. Ammoniaci Drachm. duas, Aquae Unc. octo, Ph. Lusit. GRAY Unc. sex, Ferrarini Unc. quatuor, Ph. Hisp. et FULLER Ammoniaci Drachm. unam et semis (Disp. BRUNS. duas), Aq. Hyssopi Unc. quatuor, Vini albi Unc. duas — Ph. Dubl. Ammoniaci Drachm. unam, Aq. Menth. Pulegii Unc. octo. — β) *Cum Gummi Arab.* Formula Ph. Slesv.-Hols. cum nostra congruit, nisi quod

Aquam Hyssopi praecipit. Ph. Hann. Rec. Ammoniaci Unc. semis, Gummi Arab. Drachm. sex, Aq. Pulegii Unc. octo. Disp. LIPP.: Ammoniaci Drachm. duas, Mucilag. Gummi Arab. Drachm. unam, Aquae Hyssopi Unc. quatuor. — TADDEI: Ammoniaci Unc. semis, Gummi Arab. qu. libet, Infus. Hyssopi Unc. sex, Syr. Capill. Ven. Unc. duas. γ) *Cum Vitello, Syrup.*, cet SAUNDER: Rec. Aq. Foenic. Unc. sex, Ammoniaci, cum Vitello Ovi triti, Drachm. tres, Syr. Hyssop. Unc. unam. EBERMAIER: Rec. Ammoniaci Drachm. tres, Aq. Foeniculi Unc. octo, Syrup. Althaeae Unc. duas. — Disp. FULD.: Rec. Ammoniaci Unc. semis, Aq. Hyssop. Unc. sex, Spir. MINDERERI Unc. unam, Syr. Erysimi Unc. duas. — BORIES: Millepedum vivent., Aq. Puleg., Mellis despum. $\frac{aa}{aa}$ Unc. semis, tritis, colatis adde Ammoniaci Unc. semis, Sacchar. alb. Unc. unam. — PIERQUIN: Rec. Millepedum N° 120, Aq. Pulegii Unc. sex, tere, cola et adde Ammoniaci, Tinct. Benzoës $\frac{aa}{aa}$ Drachm. tres.

LAC AMYGDALARUM vid. Emulsio Amygdalarum (p. 350).

LAC ANODYNUM PIERQUIN.

Rec. Aq. Amygdalar. dulc. excort. Unc. quatuor, Sem. Melonum, — Cucurbitar. $\frac{aa}{aa}$ Unc. unam, — Lactucæ, — Papaver. albi $\frac{aa}{aa}$ Drachm. unam, fiat emulsio cum Decoct. Hordei s. q., cola.

LAC ARTIFICIALE PIERQUIN.

Rec. Amygdal. dulc. excort. N° duas, fiat Emuls. cum Aq. fervid. Unc. quatuor, adde Lactis vaccini Unc. sex, Sacch. albi Drachm. unam.

LAC ASAE FOETIDAE vid. Emulsio Asae foetidae (p. 352).

LAC ASININUM ARTIFICIALE, s. Decoctum Helicum Pomatiarum compositum.

Rec. Helices Pomatias N° sex, Cornu Cervi raspati, Hordei perlati, Rad. Eryngii $\frac{aa}{aa}$ Drachm. tres, Aq. comm. Libr. duas, coque ad dimidium adde Syr. Capill. Vener. Unc. unam.

LAC BENZOES, s. Benzoini BATE.

Rec. Tinct. Benzoës Unc. unam, Aq. Hyssopi vel Scabiosae (vel cujusvis) Libr. unam.

LAC COAGULATUM, Roffen, vid. Serum Lactis.

LAC DIURETICUM vid. Emulsio terebinthinata (p. 360).

LAC GUAJACI vid. Emulsio Guajaci (p. 355).

LAC INFANTUM PIERQUIN.

Rec. Sal Tartari Scrup. unum, Aq. Flor. Tiliae Unc. duas, Aq. Cerasor. nigr., Ol. Amygdal. dulc. $\frac{aa}{aa}$ Unc. unam, Vitellos Ovorum N° tres, Mucilag. Gummi Arab. Drachm. unam.

LAC MERCURIALE vid. Mercurius praecipitatus albus.

LAC MERCURIALE PLENCII.

Rec. Mercurii Drachm. unam, Gummi Arab.